Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2183
Quelle:
Copyright:

Horae de S. Cruce, de S. Spiritu, unde quaedam Folia excidere, Initia IV. Evangeliorum, Horae B. Mariae *ſecundum vſum Romanum*, VII. Pſalmi Poenitentiales cum Litaniis SS. in quibus *Leonardus*, *Eligius*, *Amelberga* &c. Vigiliae Mortuorum, et Precationes ad diverſos Coelites.

DCCCCXIV.

H. 6 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 247. 12. charactere minuſculo nitido exaratus, auro coloribusque varius, et Icunculis XV. ſpecioſis ornatus *Horarium* eſt continens ſequentia: Calendarium gallicum, in quo *Geneuiefue*, *Eloy*, *Loys*, *Denis* miniati, compluraque Nomina Sanctorum extra *Galliam* vix notorum, puta: *S. Firimbout*, *S. Baudent*, *S. Auentin*, *S. Pſalmon*, *S. Verain*, *S. Boutous*, *S. Blanchart* &c. quae nec in *Catalogo* inſerto Operi chronologico *L'Art de verifier les Dates* &c. p. 149. edit. 1770. f. omnia reperias. Sequuntur Initia IV. Evangeliorum, Officium de Beata, Pſalmi de Poenitentia, Litaniae OO. SS., Horae de Cruce majores et minores, de S. Spiritu, Officium Defunctorum, et Precationes ad quosdam Coelites.

DCCCCXV.

R. 1303 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 231. 12. elegantiſſime perſcriptus et praeter initiorum literas, marginesque vividis avium, inſectorum et florum figuris ſparſos Iconibus XXXI. adfabre depictis ornatus *Horarium* eſt, quod, ut fit, orditur a *Calendario*. Exhibentur in eo ad ſingulos Menſes praeter Zodiaci Signa etiam Occupationes Rei domeſticae, cumque *Amandus Traject. Eligius Noviom. Donatianus Rhemenſ.* Epiſcopi purpurati in illo compareant, *Belgium* reſpici videtur. Pia porro, quae ſequuntur, Exercitia haec ſunt: *Salutatio ad faciem Jeſu Chriſti*, cui ſubjectam Picturam ad fabulam *Tiberii* Imp. per accitam cum Servatoris Sudario *Veronicam* e morbo recreati adludere putem, *Horae de ſancta Cruce*, *de ſancto Spiritu*, *Miſſa beatae Mariae*, Initia IV. Evangeliſtarum, *Horae beatae Mariae virginis ſecundum vſum romanum*, item *ſecundum aduentum*, Orationes ad diverſos SS. *Septem Pſalmi* de Poenitentia dicti cum *Litaniis*, denique *Vigiliae Mortuorum*. E Picturis multa de Veſtitu, Uſibus &c. illius aevi cognoſci poſſe, vix eſt, quod moneam.

DCCCCXVI.

Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 242. 12. luculente et pereleganter in Italia, ut videtur, ſcriptus, literis initiorum deauratis et picturatis, Iconibus inſuper V. majoribus, et multis minoribus ab artifici penicillo ſpecioſus *Horarium* eſt ſequentia complexum: Officium de B. V. *Maria*, de Cruce, VII. Pſalmos H. 2